



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXLVII. ad annum MDXXVII.

Parisiis, 1644

XXI. Canonici, cum primum recepti fuerint in consortium capituli, suos fructus integre recipiant, sine dilatione aut expectatione per aliquot annos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15644

ANNO
 CHRISTI
 1527.

Præcipimus etiam conformiter ad statutum præceden-
 tis Concilii, quod in illis ecclesiis, quibus singulis horis
 certæ distributiones statutz non sunt, omnino etiam de
 grossis fructibus, si opus sit, deputentur: vt iuxta men-
 suram laboris plus minusve quisque capiat emolumentum.
 Tollentes prorsus abusum illum, quo in vna dumtaxat ho-
 ra præsens totius diei distributiones vsurpat. Et illum,
 quo præpositi vel decani & alii officiales, ex hoc solo quod
 officiales sunt, licet actualiter pro vtilitate ecclesiæ non
 absint, quotidianas distributiones percipiunt.

De distri-
 butionibus
 cuique se-
 cundum
 mensuram
 laboris fa-
 ciendis.

Damnatur
 abusus cir-
 ca quotidiana
 distribu-
 tiones.

XXI.

Cum autem, secundum Apostolum, is qui altari ser-
 uit de altari viuere debet, statuimus ad iuris dispositio-
 nem, vt omnes & singuli canonici ecclesiarum cathedra-
 lium & collegiatarum nostræ prouinciæ, lucrentur & per-
 cipiant post eorum receptionem & admissionem in fra-
 tres, grossos fructus, & alios quoscumque suarum præ-
 bendarum, personaliter residendo & deseruendo suis
 beneficiis, æqualiter inter se distribuendo. Nisi ex funda-
 tione eorundem locorum speciali & legitima, sufficien-
 ter probata, prædicti grossi fructus pro certo tempore a-
 liis ecclesiis aut pijs vsibus, expresse pertineant & depu-
 tentur. Damnabilem illam consuetudinem iudicantes,
 qua in certis ecclesiis prædicti fructus ad certum tempus,
 in vtilitatem cedunt iam receptorum: siue qua cauetur,
 vt ad certum tempus sint de nouo recepti, expectantes:
 veram corruptelam & notorium abusum, tales & similes,
 declarantes per hoc præsens nostrum statutum. Et quo-
 niam dispositione iuris duo canonici assistentes episcopis,
 seu de familia eorum existentes, similiter & alii priuile-
 giati, debent gaudere grossis fructibus suarum præben-
 darum: ideo non intendimus eis præiudicare per hoc præ-
 sens statutum, sed volumus eos illibatos conseruare in di-
 ctis suis priuilegiis.

1. Cor. 9.

Damnatur
 consuetudo
 in aliqui-
 bus eccle-
 siis inuale-
 scens.

Dioecesani statim post dissolutum præsens Concilium
 diligenter visitabunt breuiaria, Missalia, antiphonalia, ac
 sanctorum legends. Et quæ deprehenderit in illis super-
 flua, aut non satis pro ecclesiæ dignitate conuenientia, ipsi
 continuo tollent & rescabunt, & quæ viderint esse ne-
 cessaria, adiicient.

De visitan-
 dis per dice-
 cesanos
 breuariis
 & Missali-
 bus.